UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Ex qua opinione Confessarius pœnitentem absolvet, par. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

§. 1,

Ex qua opinione Confeſſarius Pœnitentem abſolvat

4. POteſt, *a* immo debet Confeſſarius ſequi opinionem probabilem pænitentis, contra propriam ſententiam ſive probabilem. ſive probabiliorem. Ratio eſt, quia tunc pænitens eſt rectè diſpoſitus; dum enim ſequi paratus eſt opinionem probabilem; jam vult ab omni peccato diſcedere, & quàvis in rebus humanis, ſive Iudex, ſive Medicus deberet opinionem probabiliorem ſequi, de qua re nobis nunc agendum non eſt, tamen confeſſario, qui non alio modo eſt Iudex, & Medicus, niſi ut anima pænitentis juſtificetur; ſatis erit ſi pænitens rectè ad prædictam juſtificatio-

a Suarez de pæn. diſp. 32. ſect. 5. Sanch lib. 1. in Decal c. 9. n. 28 & 29. aliiq; Caſtrop. to. 1. diſp. 7. de conſcient. opin. p. 5. n. 3.

cationem diſpoſitus appareat: id quod ſatis habetur, ſequendo opinionem probabilem.

1. Petes, debetnè id ſub mortali, Reſpondeo ita. *b* Et quidem confeſſarius proprius, ideſt Parochus, debet toties quoties ad ſe recurrerit pænitens eum abſolvere, ſeque pænitentis opinioni probabili conformare; delegatus verò, ideſt non proprius, licet audita confeſſione, pro ea vice idem debeat; tamen poteſt eum monere, ne iterum redeat, niſi eam opinionem deponat. Ratio diverſitatis eſt ducenda ex obligatione, quam habet Parochus pro ſuis ovibus audiendis, à qua non urgetur delegatus, Obligamus autem delegatum pro ea vice: quia quando confeſſarius quicumque audit confeſſionem ex ſuppoſitione, quod audiit, obligatur ſub mortali conformare ſe opinioni probabili; quia tunc pænitens

b *Delugo de pæn. diſp.* 22. *num* 48.

cum

cum ſit rectè diſpoſitus, habet ius abſolutionis, ne iterũ cogatur ſua ſcelera alteri manifeſtare

3 Non eſt tamen negandum c excuſari nonnunquam, propter levitatem materiæ eiuſmodi Confeſſarium; ut ſi confeſsio fuiſſet de peccatis venialibus, aut ita brevis, aut de tali materia ut ejus repetitio apud alium Cõfeſſarium grave onus minimè cenſeatur. Immò aliqui d in hoc confeſſario delegato nunquam talem obligationem mortalem agnoſcunt? quia talis confeſſarius volendo audire pænitentis peccata, non vult cedere iuri ſuo. quo liber eſt, ut poſſit ſuam in operando opinionem ſequi.

4. Petes iterũ, quando cõfeſſarius poteſt, vel debet conformare ſe opinioni pænitentis pænitẽtis: probabilis opinio an ſatis ut pænitenti appareat probabilis, quamvis in ſe talis nequaquam ſit? Reſpondeo debet eſſe

talis

c *Suarez citato nu, 2. Sanchez cit.*

d *Monteſin. & aliqui ap De lugo diſp, 22. cit ſec 2. nu. 28. nec reprobat ipſe Delugo ſiquidem contrarium ſolum vocat verius.*

talis in ſe, ſive tamen per rationes intrinſecas, ſive per auctoritatem extrinſecam Auctorum, juxta ea quæ dicuntur à Doctoribus de hac materia. Si ergo opinio pænitentis nullam ex his probabilitatem habeat, ſed ſolũ ipſi pænitenti appareat probabilis, verbi gratia, appareat probabile talem contractum non eſſe uſurarium, diligens ſit confeſſarius in examine talis ſententiæ, an fortè ſit probabilis, ſaltẽ extrinſecè, propter auctoritatẽ alicuius Auctoris, & ſi invenerit eſſe talem; illi ſe conformet; ſecus illa opinio pænitentis jam non erit niſi falſa, & erronea; unde cum eiuſmodi pænitente ſe gereret, ſicuti ſe gereret cum culpabiliter, vel inculpabiliter ignorante; de quo nos ſatis diximus ſupra hoc lib. cap. 4.

e Delugo loco cit, à n. 45.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN